



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fvlginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**


Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

G. Chavdiere, Pio Lectori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716


G. CHAUDIERE,
PIO LECTORI.

 Pusculum hoc deuotissima ma-
tris Angela de Fulginio non no-
uum quidem ac recens, sed multa con-
sumptum vetustate cum in manus in-
cidisset, dubitavi num in lucem satis a-
micè omnibus ac fœliciter veniret. Ve-
rebar enim quorundam maleuolentiã
& censuram, qui cuncta, nisi disertè
ornata sint, reuicere solent. Cum tamen
veritas simplicitate, nõ eloquentia ver-
borumque lenocinio gaudeat. Quamuis
igitur hic stilus inelegans, incomptus
& humilis nimium multis videatur:
Illum tamen corrigere aut mutare ne-
fas duxi, sed, ut est ab illa deuotissima
fœmina liber conscriptus, non alio quã
Spiritu sancto dictante, typis excudi
curavi ad veram consolationem ani-
marum piarum, omniumq; utilitatem.
æqui bonique consule, amice Lector,
medullamque potius edas quam in cor-
ticem impinguas, velim.

Argumentum Libri.

Incipit liber qui dicitur Angela de Fulginio, qui continet in se omnem processum per quem Dominus direxit gressus eius in viam pœnitentiæ. Et primo initians eam per decem & octo passus seu gradus vsque dum veniret in multas & magnas tribulationes & tentationes, quas pertulit in anima pariter & corpore. Et qualiter postea virtute diuina omnibus ab ea superatis, Dominus Deus noster dignatus est eam consolari multiplici consolatione, multis modis ipsam illustrando & illuminando per diuersas visiones & reuelationes quas ei ostendit. In quib⁹ dedit ei profundam cognitionē sui ipsius, & etiam ipsius Dei. Ostendens etiam ei, futuris temporibus, multos eam habituram esse filios spirituales qui moribus & vita ipsam sequerentur. Et post hæc tractatur de doctrina & instructione huius sanctæ matris, in qua ostendit nobis veram viam qua possimus sequi vestigia nostri redemptoris. Quæ doctrina tota est excerpta & extracta ab illo libro vitæ intus & foris scripto, qui est Iesus Christus Dominus noster verus Deus & homo. Quæ omnia, ultra duas præfationes seu prologos, digesta sunt in septuaginta capitula, quæ sequuntur.